



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Consecratio

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

*secunda. nulli tamen, Sacerdote inferiori ibid.
& Couar. l. c. nu. 13. contra quosdam.*

Papa nondum consecratus in Episcopum
posset secum dispensare ad confirmandum,
Suar. l. c.

Episcopus vinculo etiam excommunicati-
onis ob hæresim vinctus validè potest con-
firmare. *Suar. l. c. sect. 1. etiam si sit degradatus.
ex Flor. & Trid.*

Suscepturus hoc sacramentum habeat pri-
mam gratiam, (Institutum enim est ad eam
augendam) quam si non habet, tenetur con-
teri, vel cum attritione confiteri. *Sua. distin.
34. 5. 2.*

Vnus tantum debet esse patrinus, si tamen
plures adhibeantur, omnes contrahunt. *Sua. l.
5. q. 72. comm. art. 10. ex c. Quamvis de cognat. spirit.
l. 6. Sylu. c. nu. 4. Tol tamen l. 2. c. 24. num. 11. duos
patrinos, vt in baptismo, esse posse, dicit. Vide supra.
Vers. Baptismus. nume. 15.*

Coniux, vide Matrimonium.

Conscientia, vide Dubium.

Consecratio, vide Benedictio, Calix.

1 **E**cclēsia quolibet die potest consecrari.

Vide de consecr. Eccl. c. 2.

2 Ecclesia consecranda ab Episcopo proprio,
vel ab alio de illius licentia.

* *D consecr. d. 1. Vide Syl. consecratio. 2. num. 2.*

3 In Ecclesiæ consecratione oportet Missam

E 7 cele-

celebrare: sufficit autem quod Presbyter celebret. *Vide glo. c. Omnes, de Consecr. d. 1.*

4 Consecrationem Ecclesiæ, aut altaris, aut virginum, solus Papa potest simplici Sacerdoti committere. *Vide Glo. de Consecr. d. 4. Omni tempore.*

5 Consecratur virgo die Dominico, & festo solemniter, & in necessitate quouis die, idque à solo Episcopo, sed velum continentia dat etiam Presbyter.

* *Syl. l. c. 3. nu. 4. {Episcopo} 2. q. 1. c. de uo in {continentia} 26. q. 1. c. vidua Syl. l. c. nu. 3.*

6 Possunt consecrari etiam pollutione voluntaria corruptæ: *Cai. Vers. Virg. consecrat.* dicuntur enim vulgò virgines: posse etiam corruptas occulto stupro, nam etiam tales virgines putantur, nec peccatum suum tenentur prodere, vt dicunt aliqui: sed communis sententia est contraria.

* Pollutæ voluntaria pollutione (quia virgines sunt, secundum statum, integrum retinentes claustrum, & qui eas vitaret, stuprator esset) velari possunt. *Caiet. Vers. virginum consecratio. Fum. eod. nu. 16. Ioan. B. Corr. q. 260. Vinal. append. c. 5. nu. 35. Graff. l. 2. c. 88. nu. 8. contra Natur. c. 16. nu. 3.* Solam enim carnis integritatē requirit Ecclesia, vt videre est in Pontificali, ex quo Moniales interrogandę sunt de carnis integritate.

Corruptos occulto? singularis opinio *Gu- liel.*

liel. apud Syl. Vers. Virginum consecratio num. 2. & apud D. Ant. p. 3. t. cap. 2. quam videtur probare Sot. 4. d. 19. q. 2. art. 5. in fine, dicens corruptas mulieres consecrari non posse, si modo crimen manifestum sit, & Vinal. l. c. nu. 38. D. Tho. 4. d. 38. q. 1. art. 5. ad 5. ait, occultè corruptà quocunque modo non posse velari, cum sacramenta, & sacramentalia ad tollendum scandalum mutari non possint. ita per Syl. Ant. Nau. l. c. Ang. Vers. eod. nu. 3. Tab. Ostiens. Astens. l. 2. t. 45. art. 4. 9. nu. 3. Fu. Maiol. l. 1. de Irreg. c. 29. nu. 32. Io. B. Cor. l. c. & est communis opinio; quam si sequi velis, scias p. m. esse (teste Caiet. l. c.) corruptam accipere velum consecrationis nisi adsit dispensatio, quam concedere potest Episcopus, & asserit Nau. l. c. Maiol. l. 1. cap. 29. de Irreg. ex D. Tho. ait carnis integritatem amitti per feminis effusionem: at Caiet. 2. 2. q. 152. artic. 1. de virginitate naturali, & secundum vsum loquendi, negat.

7. Consecrandus Episcopus die Dominico, & intra menses tres à sua confirmatione.

* Diff. 51. c. Qui in aliquo d. 75. c. Quoniam Syl. l. c. 1. nu. 3.

De conscientia multa Azor. lib. 2. à c. 7.

Consensus, vide Capitulum; Contractus.

1. Tacens habetur pro consentiente, in ijs quæ sine eius consensu fieri non possunt. * Vide Sylu. Vers. Consensus. nu. 2.

Confer-